CONRADUS HOLTNICKER DE SAXONIA; STEPHANUS DE BRANDENBURG

Wilten (?), 6. Jahrzehnt 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35280
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



De obedientia beate marie et quomodo fiat thesaurus salomonis

Capitulum septimum

Certus indubius huius stelle est devota obedientia aut magnanimitas fidei virginis. Que tangit ubi fiat mihi secundum verbum tuum. Deque infra eadem sup verbo gratia plena. xxv. Unde Bern. Considerate quanta sit virtus obedientie cuius merces prius celestis et conservando integritatis redempto mundi reparatio hominis, reserato paradisi dispoliato infernum, restauratio celestis regni, resurrectio mortuorum gloria beatorum. Et beatus Augustinus in sermone de est obsecrationem eius obedientie omnis gratia que dei humilitatem fidem deinde celi opificem in se trahunt. Hec obedientia vere fuit omni sacrificio acceptior. Hec voluntas ac gratiam hostiis. Hanc et gloriam promeruit quia ipsa postmodum audiens. Fiat ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Item. Eua inobediens consortium fuit penarum. Maria obediendo consortium est gaudiorum. Illa gustando prebuit maledictionem. Hec audendo angelo benedicta obediens. Ex quo fuit beata virgo cui dixit fiat mihi secundum verbum tuum. In quo multorum obedientia reprehendit, que in ceteris que placent obediunt in aliis diminuunt. Hec autem cum magna devocione verbum angeli optime impleuit. Unde Aug. in libro de sancta virginitate. Beatior fuit maria capiendo xpi fidem quam concipiendo carnem xpi. Unde Bernhar. Fiat mihi secundum verbum tuum. In secundum meum desiderium. Non enim virgo audet hoc petere ut fieret mater dei fiat inquit mihi non admirantis quippe multiscio mihi olim deus locutus est patribus et aliis quidem in aure alius loquebatur. Ecce in manu fratris ea vbi dominus corporat. Michi autem ore ut in utero fiat iuxta verbum. Nolo ut fiat mihi ut declamatoribus predicatis aut figuratis significantibus aut imaginariis somniantibus silet in spiritu, personat in carnatum corpus in visceribus. Gaudere ergo fratres est verbum domini in aure per angelum salutantem. In corde per fidem. In ore per confessionem. In manu per contrectationem. In vente per maceracionem. In gremio per sustentacionem. In binis poblacionibus fiat quidem gaudiorum omnium speciatim fiat michi secundum verbum